Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

unde erubipedem in omnē partē
dilatatur. sic iustus cum tribu
latur in intellectu ut in aspectu.
et attenditur in affectu. ¶ Scias q
aurum ē dignius corporum et lapi
dum nobilius. et nec ab aqua nec
a limo corrumpitur, nec ab igne
nec in igne minuitur. sz in eo me
lioratur. quia in eo humiditate
quadā humectatur. nec sulphu
res cetera corpora comburentes ip
sū cōburunt eius enim cōplexio
equalitatis ē et clara. in eo au
tem partes caliditatis decem. sic
citatis decē. Ideo sapientes ip
sum exaltauerunt. et inter cetera corpora
melius constituerunt. quia ē sub
stancia equalis durans et manens i
secla seclorum. et dicitur q ipm est
calidum humidū et siccū. Est autem
inter cetera corpora sicut sol inter sidera.
¶ Omnis puluis metallicus parū
durat conseruatus ad medicinali
a. De electro.

Electrum duplex ē naturale
.s. et artificiale ut dicit liber
rerum ex auro et argento partibus commix
tis conficitur. Sz naturale simile ē
colore sz uirtute prestancius. Inuenitur
autem rarissime et difficillime discer
nitur sophisticatū a uero et naturali
electro. Potest tamē sic discerni.
Vas ex uero et naturali electro. uene
nū prodit. nam si uenenū infunditur.
stridet quasi uiolenciā passū, et
perdit colorem usque dū igne purget.
Est autem metallū consonanciū. unde
antiquitus in locellis. ex electro mag
norum corpora condebant. Vnde legitur
quod magni constantini corpora apostolorum
petri et pauli in locello ex cupro con
diderit. quod utique electrū creditur
fuisse quod in cypri insula reperitur.

Argentū frigi. De argento.

Argentum frigidum ē et temperatum ut dicit
platearius durabile ē cum purū
fuerit. in purum uero de facili conci
pit corruptelam ductibile ē et trac
tabile sonorūque et tintinnitu dul
cissimū. et hoc maxime si eri misce
atur. Vnde tubas argenteas duc
tiles fecit fieri moyses. ad terrorē
hostium. Osee. Clangeret tuba
et populus expauescet. Item ad exhorta
cionē ad pugnā sicut d in deutrono
mio. Item ad mocionē castrorum sicut
dicitur in libro sedo. Item uocandū
ad epulas sicut dicitur in psalmo. Buc
cinate in neomenia tuba. ¶ Ar
gentū consolidat. alia metalla et
quasi unū efficit consolidata.
Contra humidum et uiciosū fleg
ma ual; pulverizatum et antido
tis commixtum. ¶ Argentū nō ē
purum uisu sicut aurum. sz ē
incorporatum et admixtū sordib;
et ideo labor maximus ut per ig
nē purgetur. fumus purgacionis
eius nociuus ē. multū. nec de
facili purgatur. infectus uero.
fumo huius. nisi aromaticis spe
ciebus. et fumo thuris. ¶ Argentū
ē corpus mundū minus tamen auro
corrumpitur. uero in humo et in
loco humido et eius sapor ē aci
dus. sulphuribz consumitur et ig
ne minuitur. ¶ Argentū quantū
cumque candidū fuerit tamen in pres
sum corpori nigras lineas facit.
¶ Argenti scoria ual; scabiei.